Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



70

quando dixerit zabulus. Ista omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Et reliqua. Et dicam quia illo tempore non contriuerit ihs malleum uniuersae terrae. sed tantum confregit eum. Cum uero recessit abeo usq: ad tempus et tempora. postea uenit instanter. Tunc contritus est. Non solum confractus ut primum malleus uniuersae terrae; et qua contritus est. Qui fuerat ante confractus malleus uniuersae terrae. Idcirco et punumque nos: nr in. Confringitur quidem. quando introducimur in ecclesia et profitemur ad fidem. Conteritur autem et comminuitur. quando ad profectum ueneritimus. Quod si dubitas conteri zabulum ad profectum uenientib: nobis audi apostolum. benedictione quadam benedicentem iustum atq: dicentem. Deus autem conteret satanan sub pedib: uris uelocitter. Animalis est iste malleus. fortasse nunc fuerit aduersum nos et quaeritur quia iste deo pandimus. et conteritur a nobis. Neq: enim confringitur tantum. et non etiam conteritur pnos. Confringere enos ecclesiae rio et conterere. et multos quidem contriuit qui non adtendunt sibi. Neq: custodiaseruauerunt cor suum. Uerum nos confidentes in dō. credentes in xpō. Non timeamus zabulum. Timor dī fecit nos non timentes zabulum nihil abeo ppter. sed et dicere non tantum generaliter uerum. et de nobis ipsis quomodo confractus est. et contritus malleus uniuersae terrae. Illo autem confracto et comminuto babilon fit in exterminium. Nec prius confusionis ciuitas dissipatur. quam malleus uniuersae terrae confringatur et conteratur. Unde admirabiliter et pclaro ordine pphta usus est. dicens. Quomodo confractus est. et contritus malleus uniuersae terrae. quomodo facta est in exterminium babilon. Quomodo primum factum est. primum enarrauit. Quod secundum consequenter exposuit. et hoc opostet et per singulos scorum obseruare sermones. Quomodo itaq: fit